Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



48

uiuit cor: id est spes eorum immobilis permansit, illud uiuere dicimus uerbaliter quod indiuinitatis gratiae perseuerat.

requirunt eum • uiuent corda eorum in seculum ÷ seculi: ⁊

Reminiscentur & conuertentur ad dnm • uniuersi fines terrae ⁊

Reminiscere illos dicimus quos constat post obliuionem xpi redire adueram medicinam. recte aberis dicitur reminisci ut ad illum redeant quem prius peruersa uoluntate neglexerunt. Uniuersi fines: id est uniuersalis ecclesia. quia nunc constat toto orbe esse diffusam. & cotidie religiosa doctrina ad uerum xpm alios conuertere satagunt.

Illi adorant in conspectu dni qui sincera fide & operibus xpm rogant, uniuersae familiae. cunctos credentes conduxit.

Et adorabunt in conspectu eius • uniuersae familiae gentium ⁊

Quo dni est regnum. quia non sunt gentium regna. sed dni, qui potestate sua & mittat reges. & constituet, & necesse est ipsum debere ubiq. coli. quem constat intellegi dnm omnium rerum.

Quoniam dni est regnum • & ÷ ipse: dominabitur gentium ⁊

Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terrae • in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram ⁊

Manducauerunt id est apostoli. uel ceteri sci corpus xpi, adorauerunt in fide et operatione, descendunt a superbia saeculi. & adorent in humilitate pura.

Animam uero suam dicit do patri uiuere. quoniam hunc mundum immaculata conuersatione transiit, Semen meum. filii ecclesiae seruient xpo.

Et anima mea illi uiuet • & semen ÷ meum: seruiet ipsi ⁊

Adnuntiabitur dno generatio uentura • & adnuntiabunt iustitiam eius • populo qui nascetur quem fecit ÷ dns: ⁊

Prophetia dicit generatione uenturam populi gentium. quia ex aqua et spu erat renatenda. adnuntiant celi. id est apti predicant filium dei. ipse e enim iustitia patris, apte dictum e xpanum populum dnm fecisse. quo eum predistinauit ante secta & suo sco corpore a peccatis liberum fecit.